Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Decretales

Gregor <IX., Papst>

[Venedig], 7. Sept. 1484

Venetijs per Baptistam de tortis et Franciscum de Madijs

urn:nbn:de:bsz:31-323976

Visual Library

l Qui ex timore. ſ. ſeruili. quoniam filialis timor bonus eſt: et poteſt introducere charitatem. de pe. di. ii. ſicut ſeta introducit filũ. vnde qui timore pene ſeruit non amore iuſticie: non ducitur ſpiritu dei. vnde dicitur timor non eſt in charitate. ſ. ſeruili. xxiii. q. vi. §. ex his. quia perfecta charitas foras mittit timorem. ut in codẽ §. dicitur.

Qui ex timore facit preceptum aliter quã debeat facit: ⁊ ideo iam non facit.

Idem in libro. de penitentia.

Reſt eat peccator: quia offendens in uno: factus eſt omnium reus.

Gregorius in regiſtro.

m Iam non facit. Ar. ꝙ non dicitur factum quod legitime non fit. xxiiii. q. i. pudẽda. ⁊. xxii. q. ii. faciat homo. arg. ẽ. de iurepat. quod autem. ⁊. ẽ. de regul. ad noſtram. Item habes hic ar. ꝙ qui inuitus ſeruit: etiam rem ⁊ meritum perdit: ⁊ ideo indignus premio fit. xxiii. q. vi. §. ex his. v̄ſus ꝑn. ⁊ talis obedientia uel nulla vel minima eſt. viii. q. i. ſciendum. ergo per cõtrarium qui inuitus offendit: non eſt ei imputandum. ar. ff. de bo. li. qui cum maior. §. ſi libertus. ⁊. ff. famil. her. qui erat heres. idem eſt ⁊ ſi clericus inuitus ferat teſtimonium contra eccleſiam ſuam: ꝙ ei non ſit imputandum: ſecus ſi ſponte aduocet contra ipſam. ẽ. de poſtulan. c. vlt.

n Reſt eat. in vno. ſ. precepto legis. vnde ſcriptum eſt: qui totam legem ſeruauerit: offendat autem in vno: omnium factus eſt reus. de pe. di. v. fratres. vel in vno. ſ. mortali peccato factus eſt omnium reus quo ad vitam eternam: quia propter illud ſolum damnabitur: quia omnis virtus detrimentum patitur ab vno vicio. de pe. di. v. dolendum. dum enim in vno peccato perſeuerat omnia bona perdit: ut ibi. uel in vno. i. in vna virtute cum virtus eiicitur: tũc vicium naſcit̄. xxxii. q. i. cũ renunciatur. uel in vno. i. i charitate: ſine qua nemo ſaluatur. vnde apoſtolus: ⁊ ſi tradidero corpus meũ ita ut ardeam: charitatem autem non habeam: nihil mihi prodeſt. de pe. di. iii. ſi quis. ad ſi. di. ſic etiam in teſte qui aliquid adiicit de ſuo totum teſtimonium partis mendacio decolorat. iii. q. ix. pura. ſi. de conſe. di. iii. non licet. non oportet: ⁊. xi. di. ſi ad ſcripturas ſacras.

Quamuis cauſe: ⁊ iſra. Nõ põt eſſe paſtoris excuſatio ſi lup⁹ oues comedit: ⁊ paſtor nescit.

Vacius tertius.

Indignum eſt: ⁊ a romane eccleſie, conſuetudine alienum ut pro ſpiritualibus facere quis homagium compellatur.

o Quamuis. paſtor neſcit. q: paſtor ſeu prelatus inquirere ⁊ corrigere debet ſubditorum exceſſus: alias ſanguis eorum de prelatorum manibus requiretur. ẽ. de offi. or. irrefragabili. i. reſponſo. cum cõcor. ibi poſitis. ⁊ ſic nõ habebit excuſationem. paſtor enim qui tacet cõſentire videtur. xliii. di. ſit rector: ibi paſtorem enĩ ⁊c̃. lxxxiii. di. error. quare nõ põt vti ꝓ defenſione ſua vbo apoſtoli: munde ſunt manus mee a ſãguie ⁊c̃. xliii. di. ephe ſis. vnde ⁊ tales dẽponi debẽt propter negligentiam. lxxxi. di. dictum. ⁊. i. q. i. §. ecce cum honoris. Item paſtor tenet̄ de cuſtodia. ff. loca. qui mercedem. xxiii. q. iiii. tres perſonas. ⁊ ſi dicatur ꝙ dolo eius periit ⁊ ipſe neget: ipſi icumbit probatio: cũ ipſe ratione officii ſui debeat cuſtodiam habere. ẽ. de offi. archi. ea que. ⁊ ſi dicit amiſſam ouem probet ille dolum abfuiſſe: ſicut argentarius probare debet ſe amiſiſſe rõnẽ caſu ruina uel incendio. ff. de eden. ſi quis ex argentariis. §. vl. idem in cuſtode carceris. ff. de cuſto. ⁊ exhi. re. l. vlt. ⁊ idem in depoſito. ẽ. de depo. bona fides. cum ſuis concor.

p Indignum. alienum. ergo ⁊ a conſuetudine aliarum eccleſiarum debet eẽ alienum: quia quod romana eccleſia ꝓbat uel reprobat: ⁊ alie eccleſie hoc idem facere debent: cum ab ipſa ſuam habeant iſtitutionẽ ⁊ auctoritatem. xi. di. conſequens. ⁊. c. nolite.

q Homagiũ. i. ſacramentũ fidelitatiſ quod ꝓ aliquo ſpirituali facere quis nõ debet: cũ illud ſit ſimoniacũ. ẽ. de ſimo. ex diligẽti. alioquin clericus tenet̄ facere ꝑlato ſuo obedientiam: ⁊ in caſibus dz iuramentum facere de obediẽtia ſiue ẽt de fidelitate poſt receptã adminiſtrationẽ. ẽ. de iureiur. nullus. xxiii. di. quanq̃. ⁊. ẽ. de ma. ⁊ obe. dilecti filii. ⁊. ẽ. de iureiur. ego. N. ⁊. ẽ. de priuil. antiqua. alias enim. nullũ iuramentũ nulla pactio uel obligatio illicita in ſpiritualibus debet interuenire: ⁊ ſi interueniret nullam obligationem de iure uel de facto inducit. ẽ. de pac. pactiones.

FINIS.

Venetijs per Baptiſtam de tortis ⁊
Franciſcũ de Madijs. M. cccc.
lxxxiiij. die vij. ſeptẽbris.